

DIVI AV
RELII AVGVSTI
NI HIPPONEN
sis Episcopi Harescon
Catalogus.

M. D. XXXIX.



REVERENDISSIMO DOMINO
DO. IOANNI ESSEKIO QVIN

que ecclesiensi Episcopo optime merito, ac
Regiæ Maiestatis Consiliario etcæt.

Io. Honterus Co. sui
cõmendationem.

Inter pestes Christianæ religionis haud postrema
est, bellua multorum capitum prudentia carnis,
quæ ex ambitione & auaricia vires adepta, quâ plu-
rimos secû præcipites in exitû traxit: dum neglecto
uerbo dei, iuxta similitudines uisionis oculorum indi-
es nouas sententiâs ex proprio crebro cõminiscuntur,
in quibus exæcati intantû sibi blandiuntur ac placent,
ut etiã sacrarum scripturarum autoritatem præ suis
opinionibus superbissime cõtemnât: et qd' peculiare
est hereticorû, si qui fraudes ipsorû intelligant, eos
acerbissimo odio non desinunt insidiosè persequi: &
ne ipsi uideantur esse quod sunt, alios calumnijs &
obtrectationibus hostiliter criminando præueniunt,
ut hac arte remotis de se pessimis suspicionibus sub
specie innocentiæ libidinosius tyrandem suam exeræ-
ant inter imperitos, quibus hac in parte facile impo-
nunt. Nam qui recte sunt instituti, statim deproben-
dunt in exuuiis leonis terribilem ignorâtibus asinum
Cumanum. Sed gratia & uirtus deo altissimo, qui
nobis eã felicitatem contulit, ut præiudicia hominum

nihil cuiquā obesse possint, sed uniuersæ causæ ad no-
uissimū domini iudiciū sine ullo nostri dispendio de-
terminandæ reseruabūtur. Interim reliquit nobis uer-
bū suū, cuius præsidio satis muniti sunt à confira-
tione impiorū, qui aūq; fideliter huic adhaeserint: etsi
magnus bonorū labor sit, mores tolerare cōtrarios,
passe tamen est eos in medio hypocritarū crescere,
usq; in diem, quo dominus faciet separationē hædorū
& omiū, quæ durabit in eternū. Nam quod ad pro-
positam materiam pertinet, Reuerendissime Præsul,
admonere nos possunt exempla hæreticorū, ut de in-
certis modestius sentientes, amplexemur ea, quæ ad
salutem sufficiūt, & cōpertissimæ ueritatis testimonio
iā olim sunt cōprobata. Quoniam quæ præter ordi-
nationem dei passim adiuuenta intelliguntur, ad pie-
tatem sunt inutilia, ad fidem prorsus superuacua.
Quādoquidē dum isti cortice ludentes nucleum negli-
gunt, & in rebus non necessarijs scrupulosa torquen-
tur curiositate, leuissimis rationibus impulsī, à uerita-
te descēderunt: nec contenti proprijs erroribus, nisi ue-
nēni impietatis suæ latissime spargendo, cōscientias
multorū inquinassent. Veruntamen sicut ex deo non
erat ipsorum fraudulenta doctrina, ita dum quilibet
eorū aliquid noui contra alterum excogitat, mutuis
alterationibus soluta interijt. Videmus & iā nunc
eiusdem firmæ aliquos, qui specioso nomine fidei

non paucos seducunt ab obseruatione præceptorum
dei, aut pro ratione arcaustantiarū eadem faciendæ
uel omittendæ docentes, diuersas exactiones confin-
gunt, quibus à recto proposito suspensas teneāt ani-
mas piorum: et cum scripturas canonicas repudiare
nō possint, in suos tamen sensus (ut auor de Prisal-
lianistis commemorat) allegorizādo uertunt, quic-
quid in sanctis libris est, quod eorum euertat erro-
rem. Nec tamen fides est, quam adeo gloriose osten-
tant, sed ex proprijs uiribus absq; uerbo dei concēp-
ta imaginatio, & coacta fiducia in eū, cuius iussa su-
peraliose despiciunt. Fides enim uera, est arctarum
promissionū uerbi dei, arctæ scientiæ, & executio eo-
rum, per quæ ad illas peruenitur: Dolus autem, nō
fides est, cum quis nō uult facere id, quod nouit esse
præceptum. Nam si fides ex auditu est, auditus au-
tem per uerbum dei, qualem obsecro fidem habere
possunt, qui posthabito uerbo dei ex mendaci qua-
dam persuasione, si non fecerint, ea se consecuturos
putāt, quæ promisit deus ijs qui fecissent? Quid enim
proderit uacua fidem proponere, ubi factū simul
opus est? Nunquid credemus nos fecisse id, quod nō
fecimus? aut nunquid credemus in præceptis diuinis
tantundem ualere quod factū non est, si tantum cre-
datur esse factum, ac si factum fuisset? Nam & demo-
nes credūt & cōtemiscunt: sed quoniā non faciunt,

quod præcipit fieri scriptura, ideo fides eorum in-
utilis & nulla est. Quod si fides absq; factis mortua
est, nec uitam (cum sit mortua) conferre potest homi-
nibus, quomodo per illa nihil faciēdo salutem conse-
quemur, quam dominus largitur ijs, qui diligunt eū,
& custodiunt mandata ipsius? Nihil enim deo gra-
tum esse potest, nisi per fidem & dilectionem fiat:
quia alterum sine altero nullius uirtutis fructum pa-
rit: & Christus sterilem fidem non uult agnoscere,
nec respiciat eos, qui cuiusuis occasionis prætextu ore
tantum credunt, corde autem consueunt: & tamen
hypocrisis suam apud oculatissimum iudicem fidem
uolunt uideri: Nam qui sermonem Christi seruau-
erit, id est, factis fidem expresserit ac declarauerit,
(quoniam sermo eius nuda fide seruari non potest)
mortem non uidebit in æternum. Qui uero dissidia
& offendiçula contra doctrinam uerbi dei faciunt,
domino nostro Iesu Christo (ut ait Apostolus) non
seruiūt, sed suo uentri: Qui enim deo seruit, uerba
eius diligenter custodit. Ex quibus apparet, quod in-
ane uocabulū fidei tractantes, uim eius et potestātē
quā scriptura requirit, prorsus ignorant. Vmbram
ostentant pro corpore, fidem salicet oçiosam, et re-
mota cruce seque stertentem. Arborem bonam et fru-
ctiferam deus querit, non sterilem truncū aut aridū
stipitem: sicut isti credunt qd' aliquid fieri debeat, et
sciunt quod sit faciendū, quia præceptum est, nec ta-

men illud facere uolunt, aut alios ad faciendū admit-
tere. Et cum dicunt se credere in deū, simulq; docent
nō esse faciendā uoluntatem eius, quā sciunt et cre-
dūt, et tamen diuersis exceptionibus illam prohibent
et oppugnant, quō credunt euangelio, nisi seruanda
cōcedūt, quæ in illo præcipiūt: sicut Christus apo-
stolus dixit: Docete gentes seruare omnia, quæcūq;
præcipi uobis: in quibus nihil superfluum credimus
eum præcipisse. Vnde rectissime Augustinus inquit,
Cum hō secundū se uiuit, non secundum deū, similis
est diabolo. Proluxius quā conueniebat ista rearsui,
attamen propter obstinationem inimicorū testamen-
ti Christi, qui rei omnū sanctissimæ cōtra uerbū dei
cōtrariā aduersantur, gaudeo mihi occasione in-
dise dicendi apd' R. D. T. cuius sincerum hisce de re-
bus iudiciū multis est perspectum. Quāquā demiror
autorem dogmata quædā propria Aërianorum &
louinianistarū, inter hereticas opiniones nominasse,
cū nihil uideatur aduersari scripturis sacris, & Au-
gustinus ipse in pleriq; locis operum suorū similia
sensisse uideatur: Verū ista potius iudicio piorū sunt
relinquenda. Narrationē de obscœnissima Manichæ-
orū eucharistia, ne offenderentur mentes simplicium,
loco per asteriscū signato prætermisimus. Quicquid
id est, quod sub nomine R. D. T. ad utilitatem studi-
osorum publicauimus, eadem boni consulere ac tueri
digneur.

DIVI AVRELI AVGVSTINI IN
LIBRVM DE HAERESIBVS AD
Quod uult deum Praefatio.

Q uod petis saepissime atq; instantissime sancte
fili Quod uult deus, ut de haeresibus aliquid
scribam dignum lectione cupientium dogmata deuota
contraria fidei christianae, & christiani nominis
obumbratione fallentia, scias me olim longe antequam
peteres, scire cogitasse, atq; fuisse facturum, nisi dili-
genter considerans, quale quantumq; id esset, ultra
uires meas esse sentirem. Sed quoniam fauor nullum
mihi ut te instasse poscendo, in ipsa tamen molesta
instantia tua etiam tuum nomen attendi, & dixi: ag-
grediar & faciam Quod uult deus: Hoc enim deum
uelle confido, si me ad huius operis terminum miseri-
cordia fauore perduxerit, ut per ministerium linguae
meae tanti huius rei difficultas, aut ostendatur tantum
modo, aut etiam plenius adiuuante tollatur: Quorum
duorum, quod priore loco posui, iam diu est quod
animo uoluo ac reuoluo, & quadam meditatione con-
tueor. Quod autem postea dixi, non me accepisse con-
fiteor, & utrum dum hoc ago, ut efficiam, dum pe-
to, dum quero, dum pulso, sim fortasse accepturus
ignoro: scio me tamen nec petiturum nec questurum,
nec pulsaturum quantum sat est, nisi & hunc affectum
munere

diuinae inspirationis accipero. In hoc igitur
opere, quod te uehementer urgente in dei uolunta-
te suscepi, cernis me ut id peragam non tam crebren-
tibus tuis ad me petitionibus esse cogendum, quam pijs
ad deum, non solum tuis, uerum & aliorum fratrum,
quos tibi in hac re fideles socios potueris inuenire,
orationibus adiuuandum. Quod ut fiat, has ipsas
primas huius laboris mei partes, ubi est & ista pra-
locutio, carui tuae charitati in auxilio domini acce-
lere mittendas: ut propter illa quae restant, noueritis
quantum pro me orare debeatis, quicumq; nosse
potueritis, a me iam fuisse susceptum hoc tam gran-
de negotium, quod a me desideratis impleri. Petis
ergo, quod tuae indicant litterae quas ad me dedisti, cum
primum a me petere ista coepisti, ut exponam breui-
ter, perstrictè atq; summatum, ex quo christiana re-
ligio promissæ hereditatis nomen accepit: quae here-
ses fuerint, sint, quos errores intulerint, inferant,
quid aduersus catholicam ecclesiam senserint, sentiant,
de fide, de trinitate, de baptismo, de poenitentia, de
homine Christo, de deo Christo, de resurrectione, de
novo & ueteri testamento. Istas autem inquisitiones
tuas in immensum procedere cum uideres, putasti au-
iusdam generalitatis adhibendum esse compendium,
atq; dixisti: Et omnia omnino, quibus a ueritate dis-
sentiant. Deinde addidisti: quae etiam baptismum

habeat, quae non habeat, & post quas baptiset,
nec tamen rebaptiset ecclesia: qualiter suscipiat ue-
nientes, & quid singulis lege, autoritate, atq; ratioe
respondeat. Haec omnia cum quaeris ut exponantur
a me, miror laudentium ingenium tuum, tot tantarumq;
rerum & scire ueritatem, & fastidium iam timendo
poscere breuitatem. Sed uidisti etiam ipse, quid possem
hoc loco tuae huius epistolae cogitare, & quasi uigi-
lauer occurristi cogitationi meae, dicens: Nec me tan-
tae beatitudo tua credat ineptiae, ut non inspiciam,
quantis & quam ingentibus uoluminibus opus sit, ut
possint ista dissolui: Verum hoc ego fieri non expeto,
id enim multipliciter factum esse non dubito. Et tan-
quam consilium subiciens, quomodo possit & serua-
ri breuitas, & ueritas pandi, adiungis ea uerba, quae
paulo ante iam posui, & dicas: Sed breuiter, perstri-
cte, atq; summam, & opiniones rogo cuiuslibet
haeresis poni: & quid contra teneat ecclesia catholice,
quantum instructioni satis est, subdi. Ecce iterum mit-
tis in longum, non quia dia ista breuiter siue non ua-
leant, siue non debeant, sed quia tam multa sunt, ut
qualibet breuiter dicenda, multas literas flagrent, ut
autem, ut uelut quodam, inquis, ex omnibus coepto
comonitorio, si quis aliquam objectionem aut comicti-
onem uberius, plenius ac planius nosse uoluerit, ad
opulenta ac magnifica uolumina transmittatur, quibus

ad diuersis, & praecipue inquis, ad ueneratione tua in
hoc ipso constat elaboratum: Quae cum dicas, unum quum
si comonitorium de his omnibus te desiderare signifi-
cas. Audi ergo unde comonaris, quid pems: Opini-
ones omnium philosophorum, qui sectas uarias condi-
derunt, usque ad tempora sua, neque enim plus poterat
sex non paruis uoluminibus, quidam Celsus absoluit:
Nec redarguit aliquem, sed tantum quid sentiret ape-
ruit, ea breuitate sermonis, ut tantum adhiberet elo-
qui, quantum rei, nec laudanda, nec uituperanda, nec
affirmanda aut defendenda, sed aperienda indican-
daque sufficeret: cum ferme centum philosophos nomi-
nasset, quorum non omnes instituerunt haereses propri-
as: quonia nec illos tacendos putauit, qui suos maga-
stros sine ulla dissentione secuti sunt. Noster uero Epi-
phanus Cyprius episcopus, ab hinc non longe huma-
nis rebus exemptus, de octoginta haeresibus loquens,
sex libros etiam ipse conscripsit, historica narratione
comemorans omnia, nulla disputatione aduersus fal-
sitate pro ueritate deartans. Breues sane sunt libelli,
& si in unum librum redigatur, nec ipse erit nostris uel
aliorum quibusdam libris longitudine comparandus.
Huius breuitate si fuero in commemorandis haeresibus
imitatus, quid a me breuius postulare uel expectare
debeas, non habebis. Sed non ibi huius mei laboris
summa consistit, quod & tibi, uel me demonstrat, uel

etiã te præcorrente poterit apparere, cū hoc fecerit
uidebis enim in eo, qd' supradictus episcopus fecit,
quantū desit operi, quod ipse uis fieri, quāto magis
quod ego. Tu namq; quamuis breuiter, perstricte,
atq; summam, tamen uis etiã respōderi cōmemora-
tis heresibus, quod ille nō fecit: Ego uero hoc magis
uolo facere, si & deus uelit, unde possit omnis here-
sis, & que nota est, & que ignota uitari, & unde
recte possit, quæcūq; innotuerit, iudicari. Non enim
omnis error heresis est, quāuis omnis heresis, qua
in uitio ponitur, nisi errore aliquo heresis esse non
possit. Quid ergo faciāt hereticum, regulari quadā
definitione cōprehendi, sicut ego existimo, aut omni-
no non potest, aut difficilime potest, qd' in processu
huius operis declarabitur, si deus rexerit, adq; id qd'
intendo perduxerit disputatiōem meā. Quid autem
prosit ipsa inquisitio, etiã si non poterimus cōpre-
hendere, quomodo sit discernendus hereticus, suo loco
uidendum atq; dicendum est: nam si hoc comprehen-
di potuerit, quis nō uideat utilitas quanta sit? Erunt
ergo primæ partes operis huius de heresibus, que
post Christi aduentū atq; ascensum aduersus doctri-
nam ipsius existerunt, & utantq; nobis innotescere
potuerunt. In posterioribus autem partibus quid fa-
ciat hereticū, disputabitur. Cum ergo dominus ascen-
disset in cœlum, hi heretici exorti sunt.

ANNOTATIO HAERESVM.

- 1 Simoniani.
- 2 Menandriani.
- 3 Saturniniani.
- 4 Basilide, alias Basilidiani.
- 5 Nicolaitæ.
- 6 Gnostici.
- 7 Carpocratiani.
- 8 Cerinthiani uel Merinthiani.
- 9 Nazaræi.
- 10 Hebionitæ.
- 11 Valentiniani.
- 12 Secundiani, alias Seuandriani.
- 13 Ptolomæi.
- 14 Maritæ.
- 15 Colarbasij.
- 16 Heracleonitæ.
- 17 Ophitæ.
- 18 Caiani alias Caini.
- 19 Sethiani.
- 20 Archontici.
- 21 Cerdoniani.
- 22 Marconitæ.
- 23 Apellitæ.
- 24 Setheriani.
- 25 Tatiani.

- 26 Cataphryges.
 27 Pepuziani, alias Quintiliani.
 28 Artotyrite.
 29 Teflarecedecite.
 30 Alogani, alias Alogi.
 31 Adite, alias Adamiani.
 32 Elæfite & Samæite.
 33 Theodotij, alias Theodotiani.
 34 Melchisedechite alias Melchisedechiani.
 35 Bardeſanite, alias Bardeſaniſte.
 36 Noëtiani.
 37 Valeſij.
 38 Cartharæ, qui & Nouatiani.
 39 Angelia.
 40 Apoſtoliæ.
 41 Sabelliani.
 42 Origeniſte, alias Origeniani.
 43 Alij Origeniſte uel Origeniani.
 44 Paulonite, alias Pauliani.
 45 Photinia, alias Photiniani.
 46 Manichæi.
 47 Hierarchite uel Hieracrite.
 48 Melitiani.
 49 Arriani.
 50 Vadiani ſiue Anthropomorphyte.
 51 Semiarriani.

- 52 Macedoniani.
 53 Aeriiani.
 54 Aciani, qui & Eunomiani.
 55 Apollinariſte.
 56 Antidicomarianite uel Antidicomarite.
 57 Pſalliani alias Maſſalliani ſiue Euchite.
 58 Metanſmonite.
 59 Seleuciani uel Hermiani.
 60 Proclianite.
 61 Patriani.
 62 Aſate.
 63 Pattalorinchite.
 64 Aquarij.
 65 Coluthiani, alias Colathiani.
 66 Floriniani.
 67 De mundi ſtatu diſſidentes.
 68 Nudis pedibus ambulantes.
 69 Donatiſte ſiue Donatiani.
 70 Priſalliani, alias Priſallianiſte.
 71 Cum hominibus non manducantes.
 72 Rhetoriani.
 73 Chriſti diuinitatem paſſibilem dicentes.
 74 Triformem deum putantes.
 75 Aquam deo coeternam dicentes.
 76 Imaginem dei nõ eſſe animã dicentes. Melitonij.
 77 Innumerabiles mundos opinantes. Ophi.
 b 2

- 78 Animas conuerti in demones & in quaecunq;
animalia existimantes. Tertullij.
- 79 Liberationem omnium apud inferos factam Christi
fidei defensione credentes.
- 80 Christi de patre natiuitati initium à tempore
dantes.
- 81 Luiferiani.
- 82 Iouinianistæ.
- 83 Arabiæ.
- 84 Heluidiani.
- 85 Paterniani, uel Venustiani.
- 86 Tertullianistæ, uel Tertullianistæ.
- 87 Abeloitæ, uel Abeloini.
- 88 Pelagiani, qui & Coelestiani.

CATALOGVS HAERESEON EX
EPIPHANII EVSEBIIQUE

commentarijs collectus, additis
alijs nonnullis.

1 Simoniani, à Simone mago, qui baptizatus à
Philippo diacono, sicut in actibus apostolorum legi-
tur, pecunia uoluit emere à sanctis apostolis, ut etiã
per impositionem manuum eius daretur spiritus=
sanctus. Hic magis fallacijs deciperat multos. Do-
cebat autem detestandam turpitudinem indifferenter
utendi foeminis. Nec deum mundum fecisse dicebat.
Negabat enim carnis resurrectionem, & asserbat
se esse Christum: itemq; Iouem se credi uolebat: Mi-
neruam uero meretricem quandã Selenen, quam sibi
sociam scelerum fecerat, imaginesq; & suam & eius
dem meretrias discipulis suis præbebat adorandas,
quas & Romæ tanquam deorum simulacra autori-
tate publica constituerat. In qua urbe beatus aposto-
lus Petrus eum uera omnipotentis dei uirtute extin-
xit. Dixerat enim se in monte Sina legem moysi in
patris persona dedisse iudeis. Tempore Tiberij in
filij persona putatiue apparuisse: postea se in lim-
guis igneis spiritum sanctum super apostolos uenisse=
se. Christum autem nec uenisse, nec à iudeis quicquã
pertulisse.

2. Menandriani à Menandro etiam ipso mago dicitur
sápulo eius, qui mundum assererat non à deo, sed
ab angelis factum.

3. Saturniniani, à quodam Saturnino, qui turpitudi-
nem Simonianam in Syria confirmasse perhibetur:
qui etiam mundum solos angelos septem præter con-
sacientiam dei patris fecisse dicebat.

4. Basilidiani, à Basilide, qui hoc distabat à Simo-
nians, quod trecentos sexagintaque celos esse di-
cebat, quo numero dierum annus includitur. Vnde
etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est
ἑβδωμάς: cuius nominis litteræ secundum græcam sup-
putationem eundem numerum cõplent. Sunt enim
septem. α & β, γ & δ, ε & ζ, η & θ. id
est, unum, & duo, & centum, & unum, & sexagen-
ta & unum, & ducenta, quæ fiunt in summa trecenta
sexagintaquinque. Mundum istum vel hominẽ non
credunt à deo factum, sed à trecentesimo sexagesimo
quinto coelo. A natoria cæmura studiose disunt. A
Iudeis non credunt Christum crucifixum, sed Simo-
nem Cyrenensem, qui angariatus sustulit crucem eius.

5. Nicolaitæ, à Nicolao nominati sunt, uno (ut per-
hibetur) ex illis septem, quos apostoli diaconos ordi-
nauerant. Iste cum de zelo pulcherrimæ coniugis cul-
paretur, uelut pigrandi se causa permisisse fertur, ut
ea qui uellet, uteretur: quod eius factum in sectam

turpissimam uersum est, quæ placet usus indifferens
fœminarum. Hi nec ab his quæ idolis imolantur, di-
bos suos separant, & alios ritus gentilium supersti-
tionum non auersantur. Narrant etiam quædam fã-
bulosa de mundo, nescio quæ barbara primatum no-
mina miscentes disputationibus suis, quibus terreat
auditores: quæ prudentibus risum potius faciunt quã
timorem. Intelliguntur etiã isti non deo tribuere crea-
turam, sed quibusdam potestatibus, quas mirabili uel
fingunt uanitate, uel credunt.

6. Gnostici propter excellentiam scientiæ sic se ap-
pellatos esse, uel appellari debuisse gloriantur, cum
sint superioribus omnibus uaniores atque turpiores.
Denique cum ab alijs atque alijs per diuersas terrarum
partes aliter atque aliter nũcupentur, nonnulli eos etiã
Borborigas uocant, quasi cœcosos, propter nimiam
turpitudinem, quam in suis mysterijs exercere dicun-
tur. Aliqui eos à Nicolaitis exortos putant: alij à Car-
pocrate, de quo post loquimur. Tradunt autem
dogmata fabulosissimis plena figmentis: etiam ipsi
primatum, uel angelorum nominibus terribilibus in-
firmas animas capiunt, & de deo rerumque natura
fabulosa, & à sanitate ueritatis aliena multa conte-
xunt, Animarum substantiam, dei dicunt esse natura-
ram, earumque aduentum in hæc corpora cum alijs
cœreis animabus dicunt fieri, per quas peccata in cor

poribus committuntur: nam illas animas, quæ ex del
procedunt substantia, reuerti ad deum immaculatas.
Diciuntur quoq; bonum deum, & malum deum, in
suis habere dogmatibus.

7 Carpocratiani sunt à Carpocrate, qui docebat
omnem turpem operationem, omnemq; aduentionem
nem peccati, nec aliter eundi atq; transire primâpa
tus & potestates, quibus hæc placet, ut possint ad
coelum superius peruenire. Hic etiam Iesum homi
nem tantummodo, & de utroq; sexu natum putasse
perhibetur, sed accepisse talem animam, quæ sciret
ea quæ superna essent, atq; nuntiaret. Resurrexi
onem corporis simul cum lege abijacbat. Negabat
mundum à deo factum, sed nescio à quibus uirtutibus.
Sectæ ipsius fuisse traditur sociâ quædam Marcellinâ,
quæ colebat imagines Iesu et Pauli, & Homeri &
Pythagoræ adorando inæsumq; ponendo.

8 Cerinthiani, à Cerintho, ijdemq; Merinthiani à
Merintho, mundum ab angelis factum esse dicentes,
& carnem arcanadi oportere. atq; aliâ huiusmodi
legis præcepta seruari. Iesum hominem tantummo
do fuisse, nec resurrexisse, sed resurrecturum asseue
rantes. Mille quoq; annos post resurrectionem in
terreno regno Christi, secundum carnales uentris et
libidinis uoluptates, futuros fabulantur, unde etiam
Chiliasæ sunt appellati.

9 Nazarei

9 Nazarei cum dei filium confiteantur esse Chri
stum, omnia tamen ueteris legis obseruât, quæ Chri
stiani per apostolicâ traditionem non obseruare car
naliter, sed spiritualiter intelligere didicerunt.

10 Hebræi Christum etiã tantummodo hominem
dicunt, mandata carnalia legis obseruant, arcanasio
nem salicet carnis, & cætera, à quorum oneribus
per nouum testamentum liberati sumus. Huic hæ
resi Epiphanius, Samsæos & Elæsæos ita copulat,
ut sub eodem numero tanquam una sit hæresis. po
nat, aliquid tamen interesse significans. Quamuis &
in consequentibus loquatur de illis, ponens eos sub
numero suo. Eusebius uero Elæsaitarum sectam
cõmemorans, fidem in persecutione diã negandam
docuisse, & in corde seruandam.

11 Valentiniani à Valentino, qui de natura rerum
multa fabulosa confinxit. Triginta *αἰώνων*, id est,
secula asserens extitisse, quorum primatum esse pro
fundum, & silentium, quod profundum etiã patrem
appellat. Ex quibus duobus, uelut ex coniugio pro
cessisse perhibet intellectum & ueritatem, & protu
lisse in honorem patris æonas octo. De intellectu au
tem & ueritate processisse uerbum & uitam, & pro
tulisse æonas decem. Porro de uerbo et uita processis
se hominem & ecclesiã, & protulisse æonas duode
cim. Itaq; octo & decem & duodecim fieri triginta

c

æonas habentes (ut diximus) primum principium de profundo et silentio. Christum autē à patre missum, idest à profundo, spiritale uel coeleste corpus secum attulisse: nihilq; assumpsisse de uirgine Maria, sed per illam tanquam per rimam, aut per fistulam sine ulla de illa assumpta carne transisse. De trisimo seculo dicit diabolus genitum, & à diabolo alios natos qui fecerint hunc mundum: & ideo maliciā non arbitrio tribuit, sed naturæ mundi, id est, generi diabolico. Carnis resurrectionem negat, animā tantum & spiritum affirmat per Christum saluari.

12 Secundiani hoc à Valentiniā distare dicuntur, quod addunt opera turpitudinis.

13 Prolomæus quoq; discipulus Valentini hæresim nouam condere cupiens, quatuor æonas & alios quatuor asserere maluit.

14 Marcus etiā nescio quis, hæresim condidit, negans resurrectionem carnis: & Christum non uere, sed putatiue passum asseuerans. Duo quoq; opinatus est ex aduerso sibi esse principia, quiddam tale etiā ipse de æonibus sicut Valentinius affirmans.

15 Colarbasus seatus est istos non multum aliter sentiens: uitam omnium hominum & generationem in septem syderibus consistere affirmans.

16 Heracleonitæ ab Heracleone discipulo superiorum, duo asserunt principia, unum ex altero, &

ex his duobus alia plurima. Feruntur autem suos morientes nouo modo quasi redimere, idest, per oleum, balsimum & aquam, & inuocaciones quas Hebrai as uerbis dicunt super capita eorum.

17 Ophitæ à colubro nominati sunt: coluber enim Græcè ὄφις dicitur: hunc autem Christum arbitrantur. Sed habent etiam uerum colubrum, quem nutriunt et uenerantur, qui & incantante sacerdote egreditur de spelunca, & ascendit super altare inmixtum speluncæ, & oblationes eorum lambit, & inuoluens se circa eas, regreditur ad speluncam: & ita cōfringunt oblationes in eucharistiam, quasi à serpente Christo ut illi putant, sanctificatas. Tradunt huius serpentis cultum à Nicolaitis ad istos deductum.

18 Caiari propterea sic appellati, quoniam Cain honorant: dicentes eum fortissimæ esse uirtutis, simul & Iudam traditorem diuinum aliquid putant esse, & scelus eius beneficiū deputant: asserentes eum præcisse quātum esset generi humano Christi passio profutura, & occidendum iudeis propterea tradidisse. Illos etiā qui schisma faciētes in primo populo dei, terra debiscēte perierunt, Chore, Nathan, & Abiron, & Sodomitas colere perhibentur. Blasphemant legem, & deum legis autorem: carnisq; resurrectionem negant.

19 Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui uo

atus est Seth: eum quippe honorant, sed fabulosa
& heretica uanitate. Dicunt enim eum de superna
matre natum, quam perbibent conuenisse cum super
no patre: unde diuinum semen aliud nasceretur, tan
quam filiorum dei. Hi quoque multa de principatibus
& potestatibus uanissima fabulantur: quidam eos di-
cunt Sem filium Noë Christum putare.

20 Archontia à principibus appellati, uniuersita-
tem quã deus condidit, opera esse principum dicunt:
operantur etiam quandam turpitudinem. Resurre-
ctionem carnis negant.

21 Cerdoniani à Cerdone nominati, qui duo prin-
cipia sibi aduersantia dogmatisant, deumque legis ac
prophetarum non esse patrem Christi, nec bonum
deum esse, sed iustum, patrem uero Christi bonum:
Christumque ipsum neque natum ex foemina, neque ha-
buisse carnem: nec uere mortuum, uel quicquam
passum, sed simulasse passionem. Quidam uero in
duobus principijs suis duos deos ita eum dixisse per-
hibent, ut unus eorum esset bonus, alter autem ma-
lus: resurrectionem mortuorum negant. Spernunt
etiam testamentum uetus.

22 Marçon quoque à quo Marçonistæ sunt, qui
Cerdonis secutus est dogmata de duobus principijs:
quomuis Epiphanius eum tria dicat asseruisse prin-
cipia, bonum, iustum, prauum: sed Eusebius Synerum

quendam, non Marçonem, trium principiorum atque
naturarum scribit autrem.

23 Apellitæ sunt, quorum Apelles est princeps,
qui duos quidem introduat deos, unum bonum, al-
terum malum: non tamen in duobus diuersis, atque
inter se aduersis esse principijs, sed unum esse prin-
cipium, deum scilicet bonum, & ab illo factum alterum:
qui cum malignus esset inuentus, in sua mundum na-
tuitate se esse. Hunc Apellem dicunt quidam etiam de
Christo tam falsa sensisse, ut diceret eum, non quidem
carnem deposuisse de cælo, sed ex elementis mundi
accipisse, quæ mundo reddidit, cum sine carne resur-
gens, in cælum ascendit.

24 Seueriani à Seuero exorti, uinum non bibunt,
eo quod fabulosa uanitate de sathana & terra germi-
nasse asserunt uitam. Etiam ipsi non sanam doctrinam
suam, quibus uolunt, inflant nominibus principum.
Carnis resurrectionem cum ueteri testamento respu-
entes. Hic præterea Philomenen quandam puellam
dicebat inspiratam diuinitus ad prænuncianda futura,
ad quam somnia atque æstus sui animi referens, diui-
nationibus seu præfagijs eius secretim erat solitus
præmoneri, eodem phantasmate eidem Philomene
pueri habitu se demonstrante, qui puer apparens,
Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum,
à quo phantasmate fascians, ea soleret respondere,

que se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam, inter que illud præcipuum, quod in angustissimi oris ampullam uitream, panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis leuare soleret illasum, eoque solo quasi diuinitus sibi abo dato fuisset contenta.

25 Tatiani à Tatito quodam, qui & Encratitæ appellati sunt: nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numerum coniugio uentem, siue marem, siue foeminam: non uescuntur carnibus, easque omnes abominantur. Prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi sapiunt: salutem primi hominis contradiciunt. Epiphanius Tatianos & Encratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismaticos dicant.

26 Cataphryges sunt, quorum auctores fuerunt, Montanus tanquam paracletus, et duæ prophetisse ipsius, Prisca & Maximilla. His nomen prouintia Phrygia dedit: qui ibi extiterunt, ibique uixerunt, & etiam nunc in eiusdem partibus populos habent. Aduentum spiritus sancti à domino promissum, in se potius quam in apostolis eius fuisse asserunt reddidit. Secundas nuptias pro fornicationibus habet: & ideo dicunt eas permisisse apostolum Paulum, quia ex parte sciebat, & ex parte prophetabat: Nondum enim uenerat quod perfectum est. Hoc autem perfectum

in Montanum & in eius prophetissas uenisse delirant. Sacramenta perhibentur sine fructu habere: nam de infantis annuali sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctationum uulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eam farinae, panemque inde facientes. Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre, si autem uixerit, pro magno sacerdote.

27 Pepuziani à loco quodam nominati sunt, quæ ciuitatem desertam dicit Epiphanius. Hanc autem ipsi diuinum aliquid esse arbitrantes, Hierusalem uocant. Tantum dantes mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillæ & Priscillæ in eadem ciuitate Pepuzæ, Christum specie foemina reuelatum: unde ab hac Quintilliani etiam nuncupantur. Faciunt & ipsi de sanguine infantis, quod Cataphryges facere supra diximus: nam & ab eis perhibentur exorti. Denique alij hanc Pepuzam non esse ciuitatem, sed uillam dicunt fuisse. Montani & prophetissarum eius Priscæ & Maximillæ: & quia ibi uixerunt, ideo locum meruisse appellari Hierusalem.

28 Artotyritæ sunt, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit: offerunt enim panem et caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius.

29 Tessarescaecatitæ hinc appellati sunt, quod non nisi quattordecima luna, mense Martio, pascha celebrant, quilibet septem dierum occurrat dies, & si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant & iuglant.

30 Alogani propterea sic uocantur, tanquam sine uerbo, λόγος enim græcæ uerbum dicitur, quia domini uerbum recipere noluerunt, Ioannis Euangelium respicientes, cuius nec Apocalypsin accipiunt: has uis delictæ scripturas negant esse ipsius.

31 Adamiani ex Adam dicti, cuius imitantur in paradiso nuditatem, quæ fuit ante peccatum: unde & nuptias auersantur: quia nec priusquam peccasset Adam, nec priusquam dimissus esset de paradiso cognouit uxorem. Credunt ergo quod nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque uires feminæque conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta, & ex hoc paradysum suam arbitrantur ecclesiam.

32 Elæseos & Samsæos hic tanquam ordine suo commemorat Epiphanius, quos dicit à quodam pseudo propheta esse deceptos, qui uocabatur Elæ, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibet adoratas: cætera Hebioneis tenere similia.

33 Theodotiani à Theodotione quodam instituti, hominem tantummodo Christum asseuerant. Quod dicitur

dicitur quidem Theodotion propterea doctus, quia in persecutione lapsus, isto modo se casus sui deuitare putabat opprobrium, si non deum negasse, sed hominem uideretur.

34 Melchisedechiani, Melchisedech sacerdotem dei ex æli, non hominem fuisse, sed uirtutem dei esse arbitrantur.

35 Bardesaniæ, à quodam Bardesane, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis, quæ uis postea per omnia in Valentini hæresim lapsus est, addens de suo, ut factum adscriberet conuersationes hominum.

36 Noëtiani, à quodam Noëto, qui dicebat Christum eundem ipsum esse patrem & spiritum sanctum.

37 Valesij, & seipso castrant, & hospites suos, hoc modo existimantes deo se debere seruire. Alia quoque hæretica doctæ dicuntur, & turpia: sed quæ illa sint, nec ipse commemorauit Epiphanius, nec usquam potui reperire.

38 Cathari, qui seipso isto nomine, quasi propter mundiciam superbissime atque odiosissime nominant: secundas nuptias non admittunt: peccitentiam denegant, Nouatum sectantes hæreticam: unde etiã Nouastiani appellantur.

39 Angelici, in angelorum cultu inclinati, quos Epiphanius iam omnino defuisse restatur.

40 Apostolia, qui se isto nomine arrogantissime uocauerunt, eo quod in suam comunione non reaperent uentes coniugibus, et res proprias possidentes, quales habet catholica ecclesia & monachos, & clericos plurimos. Sed ideo isti heretici sunt, quoniam se ab ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere, qui utuntur his rebus, quibus ipsi carent. Encratitis isti similes sunt, nam & Apotactice appellantur. Sed alia, nescio quae propria heretici docere perhibentur.

41 Sabelliani, ab illo Noeto quem supra memorauimus, defluxisse dicuntur. Nam & discipulum eius quidam perhibent fuisse Sabellium. Sed qua causa duas hereses eas Epiphanius computat, nescio: cum fieri potuisse uideamus, ut fieret Sabellius iste simonior, & ideo ex illo celebrius haec heresis nomen acceperit. Noetiani enim difficilime ab aliquo sanctorum: Sabelliani autem sunt in ore multorum. Nam & Praxeianos a Praxea quidam uocant, & Hermogeniani uocari ab Hermogene potuerunt: qui Praxeas & Hermogenes eadem sentientes, in Africa fuisse dicuntur. Nec tamen istae plures sectae sunt, sed unius sectae plura nomina, ex his hominibus, qui in ea maxime innotuerunt, sicut Donatistae, iidem Parminianistae: sicut Pelagiani iidem Coelestiani. Unde ergo sit factum, ut Noetianos & Sabellianos, non unius

heresis duo nomina, sed tanquam duas hereses supra dictus Episcopus poneret, liquidò inuenire non potui: quia si quid inter se differunt, tam obscure dixit, studio forsitan breuitatis, ut non intelligam. Loquitur quippe isto, quo & non tam longe à Noetianis Sabellianos commemorans, Sabelliani inquit, similia Noeto dogmatizantes, praeter hoc quod dicant, patrem non esse passum: quomodo de Sabellianis intelligi potest, cum sic innotuerint dicere patrem passum, ut Patripassiani quam Sabelliani crebrius nuncupentur? Aut si forte in eo quod ait, praeter hoc quod dicunt patrem non esse passum, Noetianos hoc dicere intelligi uoluit, quis eos in hac ambiguitate discernat? Vel quomodo possunt intelligi quilibet eorum patrem passum fuisse non dicere, cum dicant eundem ipsum esse & patrem & filium & spiritum sanctum? Philaster autem Brixianus Episcopus in prolixissimo libro quem de heresibus condidit, & 128. hereses arbitratus est computandas, Sabellianos continuo post Noetianos ponens: Sabellius inquit, discipulus eius, qui similitudinem sui doctoris itidem secutus est, unde & Sabelliani postea sunt appellati, qui et Patripassiani, & Praxeiani a Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui & ista sentientes, abiecti sunt ab ecclesia catholica. Certe iste eisdem postea Sabellianos dixit appellatos, qui

ea quæ Noëtus, sentiebant: Et alia nomina eiusdem sectæ cōmemorauit, & tamen Noëtianos & Sabellianos sub duobus numeris, tanquã duas hæreses posuit: qua causa, ipse uiderit.

42 Origeniani, à quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui ferè omnibus notus est, sed ab alio, nescio quo: de quo, uel sectatoribus eius Epiphanius loquens, Origeniani inquit, cuiusdã Origenis: turpis autem operationis isti sunt, nefanda faciētes, sua corpora corruptioni tradentes.

43 Alios autem Origenianos continuò subiiciens, Origeniani inquit, alij qui & Adamantij, tractatoris illius, qui & mortuorum resurrectionem negant, Christum autem & spiritum sanctum creaturam dicunt: paradysum autem & cœlos et alia nō credunt esse seandum literam, sed in allegoria. Hæc quidem de Origene Epiphanius refert. Sed defensores eius dicunt, Origenem patrem & filium & spiritum sanctum unius eiusdemq; substantiæ docuisse, neq; resurrectionem repulisse mortuorum: sed qui eius plura legerunt, contradicunt. Sunt & alia huius Origenis dogmata, quæ catholica ecclesia omnino non recipit: in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab eius defensoribus excusari, maxime de purgatiōe & liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadẽ mala reuoluntione rationalis uniuersæ creaturæ.

Quis enim catholicus Christianus, uel doctus uel indoctus nō uehementer exhorreat eã, quam dicit, purgationem malorum, id est, etiã eos, qui hanc uitam in flagitijs & scânoribus & sacrilegijs atq; impietatibus quamlibet maximis finierunt: ipsum etiam postremo diabolum atq; angelos eius, quãuis post longissima tempora purgatos atq; liberatos, regno dei luãq; restitui, & rursus post longissima tempora omnes qui liberati sunt, ad hæc mala denuo relabi & reuertĩ: & has uices alternantes beatitudinum & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, semper fore? De qua uanissima impietate aduersus philosophos à quibus ista didiciat Origenes, in libris de ciuitate dei diligentissime disputauit. Dicit præterea ipse Origenes, qd' filius dei sanctis hominibus comparatus, ueritas sit, patri collatus, mendacium: & quantum distant apostoli Christo, tantum filius patri. Unde nec orandus est filius cum patre, quia non est autor indulgentiarum petitionum, sed supplicator.

44 Pauliani, à Paulo Samosateno, Christum non semper fuisse dicunt, sed eius initium, ex quo de Maria natus est, asseuerant: nec eum aliquid amplius quam hominem putant. Ista hæresis aliquando cuiusdam Artemonij fuit, sed cum defecisset, instaurata est à Paulo, & postea sic à Photino confirmata, ut Photiniani quam Pauliniani celebrius nuncupentur. Istos

sanè Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholi-
ca Nicæno consilio constitutum est. Vnde credendum
est eos regulam baptismatis non tenere, quam se cum
multis hereticis cum de Catholica discederent, abstule-
runt, eamq; custodiunt.

45 Photinus ab Epiphanyo nō continuo post Paulū
sive pro Paulo, sed alijs interpositis ponitur: non ta-
men sanè similia credidisse, secundum aliquid tamen
aduersatus ei dicitur: sed quid sit ipsum aliquid, om-
nino non dicitur. Philaster autem continuatim ponit
ambos sub singulis & proprijs numeris, quasi here-
ses duas, cum dicat Photinum in omnibus Pauli seculum
fuisse doctrinam.

46 Manichæi, à quodam Persa extiterunt, qui uo-
cabatur Manin, quamuis & ipsum cum eius insana
doctrina coepisset nomen prædicari, nā antehac Vr-
bicus uocabatur. Sed in græcia discipuli eius uitantes
nomen insanie, quasi doctiores et eoipso mendacio-
res: geminata enim litera, Manichæum, quasi man-
na fundentem, pro Manichæo, id est, insano appel-
lauerunt. Iste duo prinapia inter se diuersa atq; ad-
uersa, eademq; æterna & coæterna, hoc est semper
fuisse, composuit: Dnasq; naturas atq; substantias, bo-
ni scilicet & mali, sequens alios antiquos hereticos,
opinatæ est, quarum inter se pugnam & cōmixtio-
nem, & boni à malo purgationem, & boni qd pur-

gari non poterit, cum malo in æternā damnationem
secundum sua dogmata asseuerans multa fabulatur,
que cuncta intexere huic operi nimis longum est. Ex
his autem suis fabulis uanis atq; impijs coguntur dice-
re, animas bonas, quas censent ab animarum mala-
rum natura, scilicet contrarie commixtione libera-
das, eius aius deus est, esse natura. Proinde mun-
dū à natura boni, hoc est, à natura dei factum, confi-
tentur quidem, sed de commixtione boni et mali, que
facta est, quādo inter se utraq; natura pugnauit. Ip-
sam uero boni à malo purgationem ac liberationē,
non solum per totum mundum, & de omnibus eius
elementis uirtutem dei facere dicūt, uerumetia electos
suos per alimenta que sumunt: et eis quippe alimē-
tis facti uniuerso mundo dei substantiā perhibent esse
cōmixtam: quam purgari putant in electis suis eo ge-
nere uitæ, quo uiuunt electi Manichæorum, uelut
sanctius et excellentius auditoribus suis: nam his du-
abus professionibus, hoc est, electorum et auditorū,
ecclesiā suam constare uoluerunt. In cæteris autem
hominibus, etiam in ipsis auditoribus suis, hanc par-
tem bonæ diuinæq; substantiæ, que mixta et colligata
in esus & potibus detinetur, maximeq; in eis qui ge-
nerant filios, arctius & inquinatius colligari putat.
Quicquid uero undiq; purgatur luminis, per quasdā
naues, quas esse lunam & solem uolunt, regno dei,

tanquam proprijs sedibus reddi. Quas itidem naues
de substantia dei pura perhibent fabricatas. Lucemq;
istā corporeā animantium mortalium oculis adiacen-
tem, non solum in his nauibus, ubi eam purissimam
credūt, uerumetiam in alijs quibusq; luadis rebus, ubi
secundū ipsos tenetur admixta, crediturq; purganda,
dei dicant esse naturam. Quinq; enim elementa quæ
genuerunt prināpes proprios, genti tribuunt tene-
brarum, eaq; elementa his nominibus nuncupant, fu-
mum, tenebras, ignem, aquam, uentum. In fumo na-
ta animalia bipedia, unde homines ducere originem
censent. In tenebris serpens. In igne quadrupedia.
In aquis natatilia. In uento uolatilia. His quinq; ele-
mentis malis debellandis, alia quinq; elementa de re-
gno & substantia dei missa esse, & in illa pugna fu-
isse permixta, fumo aëra, tenebris lucem, igni malo
ignem bonum, aquæ malæ aquam bonam, uento ma-
lo uentū bonum. Naues autem illas, id est, duo cœli
luminaria ita distinguunt, ut lunam dicant factā ex
bona aqua, solem uero ex igne bono. Esse autem in
eis nauibus sanctas uirtutes, quæ se in masculos trans-
figurant, ut illiciant scēminas gentis aduersæ, et per
hanc illecebram cōmota eorum concupiscentia, fugat
de illis lumen, qd' membrīs suis permixtum tenebant,
et purgandum suscipiatur ab angelis luas, purgatūq;
illis nauibus imponatur ad regna propria reportan-
dum.

dum. * Animas auditorum suorum in electos re-
uolui arbitrantur, aut feliciore compendio in esas
electorum suorum, ut iā inde purgati in nulla cor-
pora reuoluantur. Cæteras autem animas & in pe-
cora redire arbitrantur, & in omnia quæ radiabus
fixa sunt, atq; aluntur in terra. Herbas enim atq;
arbores, sic putant uiuere, ut uitam quæ in illis est,
sentire credant, & dolere cum læduntur, nec aliquid
inde sine cruciatu eorum quinquā posse uellere, aut
carpere. Propter quod agrum etiā spinis purgare ne-
fas habent. Vnde agriculturam, quæ omnium artium
est innocētissima, tanquam plurium hominū ditorum
ream dementes accusant, suisq; auditoribus ideo hæc
arbitrantur ignosa, quia præbent inde alimenta ele-
ctis suis, ut diuina illa substantia in eorū uentre pur-
gata, impetret eis ueniā, quorum traditur oblatione
purganda. Itaq; ipsi electi, nec in agris operantes,
nec poma carpentes, nec saltem folia ulla uellentes,
expectāt hæc afferri usibus suis ab auditoribus suis,
uiuentes de tot ac tantis secundum suam uanitatē ho-
minū dijs alienis. Monent etiā eosdem auditores suos,
ut si uescantur carnibus, animalia non occidant, ne
offendant prināpes tenebrarum in cœlestibus colliga-
tos, a quibus omnem carnem dicant originem ducere.
Et si utitur coniugibus, conceptum tamen generatio-
nemq; deuient, ne diuina substantia quæ in eos per-
e

alimenta ingreditur, uinculis carnis ligetur in prole:
sic quippe in omnem carnem, id est, per escas et po-
tus uenire animas credunt. Vnde nuptias sine dubi-
tatione condemnant, & quantum in ipsis est, prohi-
bent, quando generare prohibent, propter qd' coniu-
ga copulanda sunt. Adam & Euam, ex parentibus
primæpibus sumi asserunt natos, cum pater eorum no-
mine Saclas sociorum suorum foetus omnium deuo-
rasset, & quicquid inde cõmixtū diuinæ substantiæ
ceperat, cum uxore concubens, in carne prolis, tan-
quam tenacissimo uinculo colligasset. Christum autem
fuisse affirmant, quem dicit nostra scriptura serpen-
tem, à quo illuminatos eos asserunt, ut cognitiõis oca-
los aperirent, & bonum malūq; discernere. Eumq;
Christum nouissimis temporibus uenisse ad animas,
non ad corpora liberanda: Nec fuisse in carne uera,
sed simulatā speciem carnis ludificandis humanis sen-
sibus præbuisse, ubi nõ solum mortem, uerum etiā re-
surrectionem similiter mentiretur. Deum qui legem
per Moysen dedit, & in Hebræis prophetis locutus
est, non esse uerū deum, sed unū ex primæpibus tene-
brarum. Ipsiusq; noui testamenti scripturas tanquam
infalsatas ita legunt, ut quod uoluerint, inde accipi-
ant, quod nolunt, reijciant: eisq; tanquā non totum
uerū habentibus nonnullas apocryphas antepo-
nunt: promissionem domini Iesu Christi de paraclete spiri-

tu sancto in suo Archimanichæo dicit esse cõpletam.
Vnde se in suis liuris Iesu Christi apostolum dicit, eo
quod Iesus Christus se missurum esse promiserit, atq;
in illo miserit spiritum sanctum: propter quod etiā
ipse Manichæus duodecim discipulos habuit, instar
apostoliæ numeri, quem numerū Manichæi hodieq;
custodiunt. Nā ex electis suis habent duodecim, quos
appellant magistros, & tridecim primæpem
ipsorum. Episcopos autem septuaginta duos, qui or-
dinantur à magistris, & presbyteros, qui ordinan-
tur ab episcopis. Habent etiā episcopi diaconos. Iam
ceteri tantummodo electi uocantur. Sed mittuntur
etiā ipsi qui uidentur idonei ad hunc errorem, uel
ubi est sustentandum & augendum, uel ubi non est,
etiā seminandum. Baptismum in aqua nihil cuiquā
perhibent salutis asserre, nec quenquam eorum quos
deapiunt, baptisandum putant. Orationes faciunt
ad solem per diem quaquauersum circum: ad lunā
per noctem si apparet, si autem non apparet, ad
aquiloniā partem, qua sol cum occiderit ad orientem
reuertitur, stant orantes. Peccatorum originem non
libero arbitrio uoluntatis, sed substantiæ tribuunt
gentis aduersæ: quam dogmatizantes esse hominibus
mixtam, omnem carnem non dei, sed male mentis
perhibent esse opificiā, quā à contrario principio
deo coæternam esse aiunt. Carnalem concupiscentiā,

quæ caro concupiscat aduersus spiritum, non ex uitiata
in primo homine natura nobis inesse infirmitatē, sed
substantiam uolunt esse contrariam, sic nobis adhae-
rentem, ut quando liberamur atq; purgamur, sepa-
retur à nobis, & in sua natura etiā ipsa immortaliter
uiuat. Easq; duas animas, uel duas mentes, unam bo-
nam, alterā malam, in uno homine inter se habere
conflictum, quando caro concupiscat aduersus spiritum,
& spiritus aduersus carnem. Nec in nobis sanatum
hoc uitium, sicut nos dicimus, nunquam futurum: sed
à nobis seiunctam atq; seclusam substantiā istam ma-
li, & finito isto seculo post conflagrationem mundi
in globo quodā, tanquam in carcere sempiterno, esse
uicturam: Cui globo affirmant accessurū semper &
adhaesurum, quasi coopertorium atq; tectorium, ex
animabus, natura quidem bonis, sed tamen quæ non
potuerant à natura mala contagione purgari.

47 Hierarchite, quorum autor Hierarcha nunci-
patur, resurrectionem carnis negat, monachos tantū
& monachas & coniugia non habentes, in commu-
nionem recipiunt: ad regnum cælorū non pertinere
parulos dicant, quia non sunt eis merita ulla certa-
minis, quo uitæ superentur.

48 Melitiani, à Melitio nuncupati, nolentes orare
cū cōuersis, idest eis qui in persecutiōe cæderūt schi-
smatizauerūt: nūc autē dicūtur Arriani esse cōiuncti.

49 Arriani ab Arrio, in eo sunt notissimi erroris,
quo patrem et filium et spiritum sanctū nolunt esse
unius eiusdēq; naturæ atq; substantiæ, aut ut expres-
sus dicatur, essentiæ, quæ ὁμοία græcæ appellatur:
sed esse filium creaturam, spiritum uero sanctū crea-
turā creaturæ, hoc est ab ipso filio creatum uolūt.
In eō autem quod Christum sine anima solā carnem
suscepisse arbitratur, minus noti sunt, nec aduersus
eos ab aliquo inueni de hac re aliquando fuisse certa-
tum. Sed hoc uerum esse & Epiphanius non tacuit.
& ego ex eorum quibusdam scriptis & colloationi-
bus artissime comperi. Rebaptisari quoq; ab his cæ-
tholicos nouimus, utrum & non catholicos, nescio.
50 Vadianos quos appellat & Epiphanius schis-
maticos, non hereticos uult uideri. Alij uocant An-
thropomorphitas, quoniā deū sibi fingunt cogitatio-
ne carnali in similitudinem imaginis corruptibilis ho-
minis, quod rusticitati eorū tribuit Epiphanius, par-
cens eis ne dicantur heretici. Eos autem separasse se-
diat à cōmunionē nostrā, culpādo episcopos diuites,
& pascha cū iudeis celebrādo. Quāuis sint qui eos
in Aegypto ecclesiæ catholicæ cōmunicare asseuerēt
De Photinianis autem, quos isto loco Epiphanius cō-
memorat, iam superius satis locutus sum.

51 Semiarrianos Epiphanius diat, qui similis essen-
tiæ dicant filium, tanquā non plenos Arrianos, quasi

Arriani, nec similem uelint, cum hæc Eunomiani dicere celebrentur.

52 Macedoniani, sunt à Macedonio Constantinopolitane ecclesie episcopo, quos et πνδμολομαχες græca dicunt, eo quod de spiritu sancto litigent. Nam de patre & filio recte sentiūt, quod unius sint eius deq; substantiæ, uel essentiæ: sed de spiritu sancto hoc nolunt credere, creaturã eum esse dicentes. Hos potius quidam semiarrianos uocant, quod in hac questione ex parte cum illis sint, ex parte nobis am. Quãuis à nonnullis perhibeatur, non deum, sed deitatem patris & filij dicere spiritum sanctum, & nullã propriam habere substantiam.

53 Aëriani, ab Aërio quodã sunt, qui cū esset presbyter, doluisse fertur, qd episcopus non potuit ordinari, et in Arrianorũ hæresim lapsus, propria quoq; dogmata addidisse nonnulla dicens, orare uel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec statuta solenniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisq; uoluerit ieiunandum, ne uideatur esse sub lege. Dicebat etiã presbyterũ ab episcopo nulla differentia debere discerni. Quidã perhibent istos, sicut Encratitas, uel Apotactitas non admittre ad cõmunionem suã, nisi continentes, & eos qui seculo ita renunãauerint, ut propria nulla possideant: ab esca tamen carnũ non eos abstinerere diat Epiphanius. Philaster uero &

hanc eis tribuit abstinentiam.

54 Aëtiani ab Aëtio sunt uocati, idemq; Eunomiani ab Eunomio Aëtij discipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in dialectica prævalens acutus & celebrius defendit hanc hæresim, dissimilem per omnia patri asserens filium, & filio spiritum sanctum. Fertur etiã usq; adeo fuisse bonis moribus inimicus, ut asseueraret, quod nihil cuiq; obesset quorũlibet perpetratio ac perseuerantia peccatorũ, si huius que ab illo docebatur fidei particeps esset.

55 Apollinaristas Apollinaris instituit, qui de anima Christi à catholica disenserit, dicentes sicut Arriani, deum Christum carnem sine anima suscepisse. In qua questione testimonijs euangelicis uicti, mentẽ, quã rationalis est anima hominis, nõ fuisse in anima Christi, sed pro hac ipsum uerbum in ea fuisse dixerunt, De ipsa uero eius carne sic à recta fide dissenfisse perhibentur, ut dicerent carnem illam & uerbum unius eiusdemq; substantiæ, cõtentiosissime asseuerãtes uerbum carnem factum, hoc est, uerbi aliquid in carnem fuisse conuersum atq; mutatum, non autem carnem de Mariæ carne susceptam.

56 Antidicomarianitæ appellati sunt heretici, qui Mariæ uirginitati usq; adeo contradicant, ut affirment eã post Christum natũ uiro suo fuisse cõmixtã.

57 Psallianorũ postremam ponit Epiphanius hæ-

resim, quod nomen ex lingua Syra est, græcæ autem
dicuntur εὐχιστοί, ab oratio sic appellati: tantum enim
orant, ut eis qui hoc de illis audiunt, incredibile ui
deatur: Nam cum dominus dixerit, oportet semper
orare, & non deficere. Et Apostolus, siue intermissi
one orate: quod sanissime sic accipitur, ut nullo die
intermittantur certa tempora orandi, isti ita nimis
hoc faciunt, ut hinc iudicentur inter hæreticos nomi
nandi. Quamuis nonnulli eos dicant de purgatione
animarum nesio quam phantasticam & ridiculam fa
bulam narrare, poram saliet cum porcellis suis ui
deri exire de ore hominis quando purgatur, & in eum
uisibili similiter specie ignem, qui non cõburat, intra
re. His adiungit Epiphanius Euphemitas, Martiri
anos & Satamanos, & hos omnes cum illis tanquam
unam heresim ponit. Dicuntur Euchtæ opinari, mo
nachis non licere sustentandæ uitæ suæ causa aliquid
operari, atque ita seipsos monachos profiteri, ut om
nino ab operibus uacent. Usque ad istos ergo de here
sibus opus suum supradictus episcopus Cyprius, apud
græcos inter magnos habitus, & à multis in catholi
ca fidei sanitate laudatus. Cuius ego in cõmemoran
dis heretias, non modum, sed ordinem sum secutus:
Nam & aliqua ex alijs posui, quæ ipse non posuit:
& aliqua non posui, quæ ipse posuit: itaque alia latius
quam ipse, alia etiam breuius explicauit: paremque in
nonnullis

nonnullis exhibui breuitatem, omnia moderans sicut
intentionis meæ ratio postulabat. Proinde ille de oc
tuaginta heresibus separatis uiginti, quas ante domi
ni aduentum extitisse, sicut ei uisum est, computauit:
reliquas post domini ascensum natas, sexaginta bre
uissimis libris quinq; cõprehendit, atque omnes in sex
libros totius eiusdem sui operis fecit concludi. Ego
autem quia secundum petitionem tuam eas hæreses me
morare institui, quæ post glorificationem Christi se
aduersus doctrinam Christi, etiã sub uelamine Chri
stiani nominis extulerunt, quinquaginta septem ex
Epiphanijs ipsius opere in meum transfuli, duas in
unam referens, ubi nullam differentiam potui reperire:
& rursus ubi ille ex duabus unam facere uoluit, sub
numeris suis singulas posui. Sed adhuc cõmemora
re debeo, siue quas apud alios repperi, siue quas ip
se reminiscor: Nunc ergo addo quas Philaster po
suit, nec posuit Epiphanius.

§ 8 Metangismonitæ dia possunt, qui Metangismon
asserunt, dicentes sic esse in patre filium, quomodo
uas in uase, quasi duo corpora carnaliter opinantes,
ita ut filius intret in patrem, tanquam uas minus in
uas maius. Unde et tale nomen hic error accepit, ut
μεταγγισμός græcè diceretur: ἀγγισμός quippe illa
lingua uas dicitur, sed introitus minus uasis in alte
rum latine uno nomine non potest dici, sicut græcè

ποῦν μεταστομίου.

59 Seleuciani uel Hermiani, ab autoribus Seleuco uel Hermia, qui elementorum materiã de qua factus est mundus, non à deo factam dicunt, sed deo coeter nam. Nec animam deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum angelos uolunt, de igne & spiritu. Malum autem asserunt esse aliquando, à deo, aliquando à materia. Negant saluatorem in carne se dere ad dextrã patris, sed ea se exuisse perhibent, eãq; in sole posuisse, accipientes occasionem è psalmo, ubi legitur: In sole posuit tabernaculum suum. Negant etiã uisibilem paradysum. Baptysmũ in aqua non accipiunt. Resurrectionem non putant futurã, sed quotidie fieri in generatione filiorum.

60 Proclianitæ, seati sunt istos, & addiderunt Christum non in carne uenisse.

61 Patritiani, à Patritio nuncupati, substantiã carnis humane non à deo, sed à diabolo conditã dicunt, eãq; sic fugendam & detestandã putant, ut quidam eorum perhibeantur, etiã morte sibi illata carere carne uoluisse.

62 Asatæ, ab utre sic appellati sunt, ἀσας enim græcè, latine uerè dicitur: quem perhibentur inflatum & opertum, arcumire bacchantes, tanquam ipsi sint euangeliã utres noui, uino nouo repleti.

63 Patalorinchitæ, intantum silentio student, ut

naribus et labijs suis digitũ opponant, ne uel ipsam tacurnitatem uocæ præcipiant, quando tacendũ sibi esse arbitrantur, unde etiam illis est nomen inditum: πωτῆαλδ enim græcè dicitur palus, & εἰγχεδ nasus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, à quibus hoc nomen compositũ est, nescio: cum græcè dicitur digitus δάκτυλδ, & possint utiq; dactylorinchitæ multo euidentiùs nuncupari.

64 Aquarij, ex hoc appellati sunt, quod aquam offerunt in poculo sacramenti, non illud quod omnis ecclesia.

65 Coluthiani, à quodã Colutho, qui dicebat, deum non facere mala, contra illud quod scriptum est: Ego deus creans mala.

66 Floriniani, à Florino, qui è contrario dicebat, deum creasse mala, contra id quod scriptum est: Feat deus omnia, & eæ bona ualde. Ac per hoc quãuis contraria inter se dicentes, tamen ambo diuinis eloquijs resistebant: Creat enim deus mala, poenas iustissimas irrogando, qd' Coluthus non uidebat: non autem malas creando naturas atq; substantias, in quãtũ sunt nature atq; substantiæ, ubi Florinus errabat.

67 Heresim quandam sine autore & sine nomine Philaster commemorat, quæ dicit, hunc mundum etiã post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nũc est, esse mansurum, neq; ita esse mutandũ,

ut sit coelum novum & terra nova, sicut sancta scriptura promittit.

68 Est alia haeresis nudis pedibus semper ambulatum, in eo quod dominus dixerit ad Moysen vel ad Iosue: solue calceamentum de pedibus tuis. Et quod propheta Esaias nudis pedibus iussus fuerit ambulare.

69 Donatiani uel Donatista sunt, qui primum propter Donatum contra suam uoluntatem Cealianum ecclesiae Carthagenensis episcopum factum, schisma fecerunt, obijcetes ei crimina non probata, & maxime quod a traditoribus diuinarum scripturarum fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam, falsitatis rei deprehensi, pertinacia dissentioe firmata, in haeresim schisma uerterunt: tanquam ecclesia Christi propter crimina Cealiani, seu uera, seu quod magis apparuit iudibus, falsa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atque in Africa Donati parte remanserit, in alijs terrarum partibus quasi contagione communioe extincta. Audent etiam rebaptizare catholicos, ubi se amplius hereticos esse firmarunt, cum ecclesiae catholicae uniuersae placuerit, nec in ipsis haereticis baptisma commune refandere. Huius haeresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia ueniens, & contra Cealianum christianam diuidens plebem, adiunctis sibi eiusdem factiois episcopis, Maiorinum apud Carthaginem or-

dinauit episcopum: cui Maiorino Donatus alius eadem diuisione successit, qui eloquentia sua sic confirmauit hanc haeresim, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas uocari. Extant scripta eius, ubi apparet eum etiam non catholicam de trinitate habuisse sententiam: sed quomuis eiusdem substantiae, minorem tamen patre filium, & minorem filio putasse spiritum sanctum. Verum in hunc quem de trinitate habuit eius errorem Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis quisquam qui hoc illum sensisse nouerit, inuenitur. Isti haereticum in urbe Roma Montenses uocantur, quibus hinc ex Africa solent episcopum mittere: aut hinc illuc Afri episcopi eorum pergere, si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc haeresim in Africa & illi pertinent, qui appellatur Circumcelliones, genus hominum agreste & fumosissimae audaciae, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insana feritate parcendo. Nam per mortes uarias, maxime praecipitiorum, & aquarum, & ignium, se ipsos necare consueuerunt, & in istum furorem alios quos potuerint sexus utriusque seducere, aliquando ut occidantur ab alijs, mortem nisi fecerint, comminantes. Verum tamen plerisque Donatistarum displicent tales, nec eorum comunione contaminari se putant, qui Christiana

men Afrorum. Multa et inter ipsos facta sunt schisma, & ab eis se diuersi coetibus alij atq; alij separarunt, quorum separationem cetera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primitianum ab eiusdem erroris autum ferme episcopis ordinatus, & a reliquis trecentis decem, cum eis duodecim, qui ordinationi eius etiam presentia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse, etiam extra ecclesiam dari posse baptismum Christi. Nam quosdam ex eis, cum eis quos extra eorum ecclesiam baptisauerant, in suis honoribus sine ulla in quoquam repetitione baptismatis reaperunt: nec eos ut corrigerent, per publicas potestates agere destiterunt, nec eorum criminibus per sui consilij sententiam uehementer exaggeratis, communionem suam contaminare timuerunt.

70 Priscillianista, quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum & Manicheorum dogmata permixta sectantur: quauis & ex alijs heresibus in eos sordes, tanquam in sentinam quandam horribili confusione confluerint. Propter occultandas autem contaminationes & turpitudines suas, habent in suis dogmatibus & haec uerba: Iura, periura, secretum prodere uoli. Hi animas dicunt eiusdem naturae atq; substantiae, cuius est deus. Ad agonem quandam spontaneum in terris exercendum, per septem caelos

& per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurrere, a quo istum mundum factum uolunt, atq; ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Astruunt etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa coeli esse compositum, sicut hi qui Mathematica uulgo appellantur: constituentes in capite arietem, taurum in ceruice, geminos in humeris, cancrum in pectore, & cetera nominatim signa percurrents, ad plantas usque perueniunt, quas piscibus tribuunt, quod ultimum signum ab astrologis nuncupatur. Haec & alia fabulosa, uana, sacrilega, quae persequi longum est, haeresis ista contextit. Carnes tanquam immundas escas etiam ipsa deuitat. Coniuges quibus hoc malum potuerit persuadere, disjungens, & uiros a nolentibus foeminas, & foeminas a nolentibus uiros. Opificum quippe omnis carnis non deo bono et uero, sed malignis angelis tribuit: hoc uersutiores etiam Manichaeis, quod nihil scripturarum repudiat, simul cum Apocryphis legentes omnia, & in autoritatem sumentes: sed in suos sensus allegorizando uertentes, quicquid in sanctis libris est, quod eorum euertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eundem ipsum esse dicentes, non solum filium, sed etiam patrem & spiritum sanctum.

71 Diat Philaster, esse alios hæreticos qui cum hominibus non sumunt escas, sed utrum cum alijs, qui eiusdem sectæ non sunt, an etiam inter seipos id faciunt, non exprimit. Diat etiã eos de patre & filio recte, de spiritu autem sancto non catholice sapere, quod eum opinentur esse creatum.

72 A Rhetorio quodam exortam hæresim diat nimium mirabilis uanitatis, quæ omnes hæreticos recte ambulare, & uera dicere affirmat: quod ita est absurdum, ut mihi incredibile uideatur.

73 Alia est hæresis, quæ diat in Christo diuinitatem doluisse, cum figeretur caro eius in cruce.

74 Est alia, quæ triformem sic asserit deum, ut quædam pars eius sit pater, quædam filius, quædam spiritus sanctus: hoc est, quod dei unius partes sunt, quæ istam faciunt trinitatem, uelut ex his tribus partibus compleatur deus, nec sit perfectus in seipso, uel pater, uel filius, uel spiritus sanctus.

75 Alia est, quæ diat aquam non à deo creatam, sed ei semper fuisse coeternam.

76 Alia diat, corpus hominis, non animã esse imaginem dei.

77 Alia diat innumerabiles mundos, sicut opinati sunt quidam philosophi gentium.

78 Alia sceleratorum animas conuerti in demones diat, & in quæq; animalia suis meritis congrua.

79 Alia

79 Alia, descendente ad inferos Christo credidisse in credulos, & omnes inde existimat liberatos.

80 Alia, sempiternæ nativæ non intelligens filium, putat illam natiuitatem sumpsisse à tempore initium, & tamen uolens coeternum patri filium confiteri, apud illum fuisse antequam de illo nasceretur existimat, hoc est, semper eum fuisse: ueruntamen semper eum filium non fuisse, sed ex quo de illo natus est, filium esse coepisse. Has hæreses quæ absq; autorum nominibus sunt, putavi in hoc opus meum de Philastri opere transferendas: & alias quidem ipse commemorat, sed mihi appellandæ hæreses non uidentur. Quascunq; autem sine nominibus posui, nec ipse earum nomina commemorauit.

81 Luasferianos, à Luasfero Caralitano episcopo exortos, & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaster inter hæreticos posuit: credo tantummodo schisma, non hæresim condidisse, credentes: apud quendam tamen, cuius nomen in eodem eius opusculo non inueni, in hæreticis Luasferianos positos legitur per hæc uerba. Luasferiani, inquit, cum teneant in omnibus catholicam ueritatem, in hoc errore stultissime prolabantur, ut animam dicant ex transfusione generari: eandemq; dicunt & de carne, & carnis esse substantiam. Vtrum ergo iste propter hoc, quod de anima ista sentiunt, si tamen uere ita sentiunt, eos

8

inter hereticos ponendos esse crediderit, recteque cre-
diderit: an etiam si id non sentirent, siue non sentiunt,
ideo tamen sunt heretici, quia dissensionem suam per
tinaciam animositate firmarunt, alia questio est, neque
hoc loco mihi uidetur esse tractanda.

82 Iouinianistas quoque apud istum reperi, quos iam
noueram: A Iouiniano quodam monacho ista heresis
orta est aetate nostra, cum adhuc iuuenes essemus.
Hic omnia peccata sicut Scitia philosophi, paria esse
dicebat: nec posse peccare hominem lauacro regene-
rationis accepto: nec aliquid prodesse ieiunia, uel a-
bis aliquibus abstinentia. Virginitatem Mariae de-
struebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virgi-
nitatem etiam sanctimoniolum, et continentiam sexus
uirilis in sanctis eligentibus caelibem uitam, coniugio-
rum castorum, atque fidelium meritis adaequabat: ita
ut quaedam uirgines sacrae prouectae iam aetatis in urbe
Roma, ubi haec docebat, eo audito nupsisse dicantur.
Non sane ipse uel habebat, uel habere uolebat uxo-
rem, quod non propter aliquod apud deum maius
meritum in regno uitae perpetuae profuturum, sed
propter presentem prodesse necessitatem, ne homo con-
iugalibus patitur molestias, disputabat. Cito tamen ista
heresis oppressa et extincta est, nec usque ad decepti-
onem aliquorum sacerdotum potuit peruenire.

83 Cum Eusebij historiae persecutus essem, cui Ru-

finus, a se in latinam linguam translatae, subsequen-
tium etiam temporum duos libros addidit, non inueni
aliquam haeresim, quam non legerim apud istos, nisi
quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans eam extit-
isse in Arabia. Itaque hos hereticos, quoniam nullum
eorum ponit autorem, Arabicos possumus nuncupa-
re: qui dixerunt animas cum corporibus mori atque
dissolui, in fine saeculi utrumque resurgere: Sed hos di-
sputatione Origenis presentis, et eos alloquentis, et
lerrime dicit fuisse correctos. Iam nunc ille comemo-
randae sunt haereses quae apud nos, non apud istos
reperitae sunt, sed in recordationem nostram quomo-
doque uenerunt.

84 Heluidiani exorti ab Heluidio, ita uirginitati
Mariae contradicant, ut eam post Christum alios etiam
filios de utero suo Ioseph peperisse contendant: sed
mirum ni istos praetermissis Heluidij nomine, Antidi-
comaritas Epiphanius appellauit.

85 Paterniani inferiores partes humani corporis non
a deo, sed a diabolo factas opinantur: et omnium ex illis
partibus flagitiorum licentia tribuentes, impurissime
uiuunt. Hos etiam Venustianos quidam uocant.

86 Tertullianista, a Tertulliano, cuius multa legun-
tur opuscula eloquentissime scripta, usque ad nostrum
tempus paulatim deficientes in extremis reliquijs du-
rare potuerunt in urbe Cartaginensi: me autem ibi

posito ante aliquot annos, quod etiam te meminisse
arbitror, omni ex parte consumpti sunt: pauasissimi
etiam qui remanserant, in catholicam transferunt,
suamq; basilicam quæ nunc etiã notissima est, catho-
lica tradiderunt. Tertullianus ergo sicut scripta eius
indiant, animam diã immortalem quidem, sed eã
effigiatum corpus esse contendit: neq; hanc tantum,
sed ipsum etiã deum corporeum esse diãt, licet non
effigiatum. Nec tamẽ hinc hereticus creditur factus:
posset enim quoquo modo putari ipsam naturã sub-
stantiãq; diuinam corpus uocare, non tale corpus cu-
ius partes aliæ maiores, aliæ minores ualeãt uel de-
beant cogitari, qualia sunt omnia quæ proprie diã-
mus corpora: quamuis de anima tale aliquid sentiat.
Sed potuit, ut dixi, propterea putari corpus deum
dicere, quia non est nihil, non est inanitas, non est
corporis uel animæ qualitas, sed ubiq; totus, & per
locorum spacia nulla partitus: in sua tamen natura
atq; substantia immutabiliter permanet. Non ergo
ideo est Tertullianus factus hereticus, sed quia tran-
siens ad Cataphryges quos antè destruxerat, cepit
etiã secundas nuptias contra apostolicam doctrinam
tquam supra damnare, & postmodum etiam ab
ipsis diuisus, sua conuenticula propagauit. Diãt
sanẽ ipse animas hominum pessimas post mortem in
dæmones uerti: statum autẽ animæ credit per trã

duam propagari.

87 Est quædam heresis rustiana in campo nostro,
id est, Hipponesi, uel potius fuit: paulatim enim di-
minuta, in una exigua uilla remanserat, in qua qui-
dem pauasissimi, sed omnes hoc fuerunt. Qui omnes
modo correcti, & catholici facti sunt, nec aliquis il-
lius supersedit erroris: Abelonij uocabantur, punita
declinatiõ nominis. Hos nonnulli dicunt ex filio Adæ
nominatos, qui est uocatus Abel: unde Abelianos uel
Abeloitas eos nos possumus dicere. Non miscebantur
uxoribus, & eis tamen sine uxoribus uiuere secta
ipsius dogmate non licebat. Mares ergo & feminae
sub cõiuentiã professione simul habitantes, puerum
& puellã sibi adoptabant in eiusdem coniunctionis
pacto, successores suos futuros: morte præuentis qui-
busq; singulis alij surrogabãtur: dum tamen duo di-
obus disparis sexus in illius domus societate succede-
rent. Utrolibet quippe parente defuncto, uno rema-
nenti, usq; ad eius quoq; obitum filij seruiebãt. Post
cuius mortem etiam ipsi puerum et puellam similiter
adoptabãt: nec unquã eis defuit unde adoptarent,
generantibus circumquaq; uicinis, & filios suos ino-
pes ad spem hereditatis aliene libenter dantibus.

88 Pelagianorum est heresis hoc tempore omnium
recentissima, à Pelagio monacho exorta. Quem ma-
gistrũ Cælestius sic secutus est, ut sectatores eorum

Cœlestiani etiã nuncupentur. Hi dei gratiæ, qua præ
destinati sumus in adoptionem filiorum per Iesum
Christum in ipsum, & qua eruiamur de potestate re-
nerarum, ut in eum credamus, atq; in regnum ip-
sius trãserãmur, propter quod ait: Nemo uenit ad
me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Et quia diffun-
ditur charitas in cordibus nostris, ut fides per dile-
ctionem operetur, intantũ ininiã sunt, ut sine hæc
posse hominem credãt facere omnia diuina mandata:
cum si hoc uerum esset, frustra dominus dixisse uide-
retur: Sine me nihil potestis facere. Deniq; Pelagius
à fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiuto-
rio gratiæ dei, ad eius mandata facienda, correptioni
eorum hæcenus cõsit, ut non eã libero arbitrio præ-
poneret, sed infideli calliditate supponeret dicens: ad
hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum
iubentur arbitrium, faciãlius possint implere per gra-
tiam. Dicendo utiq; ut faciãlius possint, uoluit credi,
etiã si difficiãlius, tamen posse homines sine gratia fa-
cere iussa diuina. Illam uero gratiam dei, sine qua ni-
hil boni possumus facere, non esse dicant, nisi in libe-
ro arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis
ab illo accepit nostra natura, ad hoc tamen ipso ad-
iuuante per suam legem atq; doctrinam, ut discamus
quæ facere & quæ sperare debeamus. Non autem ad
hoc per donũ spiritũ sancti, ut quæ didicimus esse

facienda faciãmus. Ac per hoc diuinitus nobis dari
sciãtiam consentitur, qua ignorantia pellitur. Chari-
tatem autem dari negant, qua pie uiuitur, ut saluet
cum sit dei donum sciãtia, quæ sine charitate infiat,
non sit dei donum ipsa charitas, quæ ut sciãtia non
inflet, edificat. Destruunt etiã orationes quas faciã-
t ecclesia, siue pro infidelibus & doctrinæ dei re-
sistentibus, ut conuertantur ad deum, siue pro fideiã-
bus, ut augeatur eis fides, & perseuerent in eo. Hæc
quippe non ab ipso accipere, sed à seipsis homines
habere contendunt, gratiã dei qua liberamur ab im-
pietate dicentes secundum merita nostra dari, quod
quidem Pelagius in episcopali iudicio Palestino dam-
nari metuens, damnare compulsus est: sed in poste-
rioribus suis scriptis hoc inuenitur docere. In id etiã
progrediuntur, ut dicant uitam iustorum in hoc seculò
nullum omnino habere peccatum, & ex his eccle-
siam Christi hac mortalitate perficiã, ut sit omnino sine
macula & ruga, quasi nõ sit Christi ecclesia, quæ
in toto terrarum orbe clamat ad deum: Dimitte no-
bis debita nostra. Paruulorum etiã negantes se cum
Adam carnaliter natos contagium mortis anti-
quæ prima natiuitate contrahere. Sic enim eos sine
ullo peccati originalis uinulo asserunt nasci, ut pror-
sus non sit, quod eis oporteat secunda natiuitate di-
mitti, sed eos propterea baptisari, ut regeneratione

adoptati, admittantur ad regnum dei: de bono in me
lius translati, non ista renouatione ab aliquo malo
obligationis ueteris absoluti. Nam etiam si non bapti
sentur, promittunt eis extra regnum quidem dei,
sed tamen æternam & beatam quandã uitam suam.
Ipsam quoq; Adam dicunt etiam si non peccasset, fu
isse corpore moriturum, neq; ita mortuum merito
culpæ, sed conditione naturæ. Obijciuntur eis &
alia nonnulla, sed ista sunt maxime ex quibus intel
liguntur etiam illa uel cuncta, uel penè cuncta pen
dere. Ecce quàm multas cõmemorauimus hæreses,
nec tamen modum tuæ postulationis impleuimus. Ex
quo enim Christiana religio, ut uerbis tuis utar, hæ
reditatis promissæ nomen accepit, quæ hæreses ortæ
sint, quomodo cõmemorare omnes potui, qui om
nes nosse non potui: Quod ideo existimo, quia nullus
eorũ quorum de hæresi scripta legi, omnes posuit:
Quandoquidem inueni apud alium, quas apud aliũ
non inueni, & rursus apud istum quas ille non po
suit. Ego autem propterea plures quàm ipsi posui,
quia collegi ex omnibus, quas omnes apud singulos
non inueni: additis etiã his, quas ipse recolens apud
ullum eorũ inuenire non potui: Vnde merito credo
nec me posuisse omnes, quia nec omnes qui de hæ
re scripserant legere potui, neq; hoc quenquam eo
rum uideo fecisse quos legi. Postremo etiam si omnes
forsitan

forsitan posui, quod nõ puto, utrum omnes sint utiq;
nescio. Et ideo quod uis me loquentem finire, non sal
tem potest me cognoscente comprehendere. Audiuĩ scri
psisse de hæresibus sanctũ Hieronymum, sed ipsum
eius opusculum nec in nostra bibliotheca inuenire
potuimus, nec unde possit accipi, scimus. Quod si tu
scieris, perueniat illud, et forsitan habebis melius ali
quid quàm hoc nostrum: quamuis nec ipsum, licet
hominem doctissimum, omnes hæreses arbitror in da
gare potuisse. Et certe Abeloitas nostræ regionis hæ
reticos, quantũ existimo, ille nesciuit. Sic forte et alibi
alios in obscurissimis locis reconditos, eiusq; notitiam
ipsa locorum obscuritate fugientes. Iam uero illud,
quod habent tuæ literæ, ut omnia omnino dicamus,
quibus heretia à ueritate dissentiant, etiam si omnia
scirem, scire non possum, quanto minus possum qui
omnia scire non possum. Sunt etiam heretia, quod
fatendum est, qui singulis uel non multo amplius do
gmatibus oppugnant regulam ueritatis, sicut Mac
doniani uel Photiniani, atq; alij quicunq; ita sese ha
bent. Illi autem, ut ita dixerim fibulones, id est qui
fabulas uanas, easdemq; longas perplexasq; conte
xerunt, tam multis falsis dogmatibus pleni sunt, ut
ipsi quoq; illa numerare non possint, aut difficilime
possint. Nec illi alieno ulla hæresis facile sic innot
eat, ut suis: unde nec earũ quas cõmemorauimus omnia

dogmata me dixisse uel didicisse profiteor. Quis enim non uideat, quantam res ista operam, & quam multas literas flagitet? Nec ideo tamen parum prodest errores istos quos huic operi intexui, lectos cogitosq; uitare. Quid enim contra ista sentiat catholice ecclesia, quod à me dicendum putasti, superfluo queritur, cum propter hoc scire sufficiat eam contra ista sentire, nec aliquid eorum in fidem quenquam debere reapere. Quomodo autem quæ contra hæc ueritas habet, asserenda ac defendenda sint, modulū operis huius excedit. Sed multum adiuuat cor fidele nosse, quid credendum non sit, etiam si disputandæ facultate id refutare non possit. Omnis itaq; christianus catholicus ista non debet credere, sed non omnis qui ista non credit, consequenter debet se christianū catholicū iam putare uel dicere. Possunt enim & hereses aliæ, quæ in hoc opere nostro commemoratæ non sunt, uel esse uel fieri, quarum aliquā quisquis tenuerit, christianus catholicus non erit. Quid ergo faciat hereticum deinceps requirendum est, ut cum hoc domino adiuuante uitamus, non solum ea quæ scimus, uerum etiam quæ nescimus, siue quæ iam orta sunt, siue quæ adhuc oriri potuerunt hæretica uenena uitemus. Huius autem sit iam uoluminis finis, quæ propterea uobis antequam totum hoc opus perficerem, credidi esse mittendum, ut cum quicunq;

legeritis, ad id quod restat implendum, quod tam magnum esse arduis, me orationibus adiuuetis.

CATALOGVS HAERESION
AD QVODVLTDEVM
EXPLICIT.

Quoniam quod hic pollicetur Augustinus,
non prestat.




EX EODEM AVGVSTINO SIBYL
LAE DE CHRISTO CARMINA,
quorum capitales literæ in græco sunt, ΙηϞϞς Χρ̄
σ̄ς, ὅς Δεῦ, Ἐτῆς, Quod & in latinum
translatis eisdem uersibus apparet,
præterquam quod græcarum litæra
rum proprietates non adeo
potuit obseruari.

Iudicij signum, tellus sudore madescat.
E celo rex adueniet per secla futurus.
Saliat in carne præsens, ut iudicat orbem.
Vnde deum ænent incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis, equi iam termino in isto.
Sic animæ cum carne aderunt quas iudicat ipse.
Cum iacet incultus densis in uepribus orbis.
Reiiciant simulacra uiri, cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis pontumq; polumq;
Inquirens, tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æternaq; flamma cremabit.
Occultos actus detegens, tunc quisq; loquetur
Secreta, atq; deus reserabit pectora lucæ.
Tunc erit & lucus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, & chorus in terit astris.
Voluatur cælum, lunaris splendor obibit.

Dei fact colles, ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime uel altum.
Iam æquantur campis montes & cerula ponti.
Omnia cessabunt, tellus contracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur fluminaq; igni.
Sed tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum uariosq; labores.
Tartarcumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistentur ad unum.
Reddet è coelo, ignisq; & sulphuris annus.

IMPRESSVM IN INCLYTA
TRANSYLVANIAE
CORONA.

ANNO. M. D. XXXIX.



EX EODEM AVGVSTINO SIBYL
LAE DE CHRISTO CARMINA,
quorum capitales literae in graeco sunt, In Gv̄s X̄i
sōs, q̄os Δδ, Γτ̄ης, Quod & in latinum
translatis eisdem uersibus apparet,
praeterquam quod graecarum litera
rum proprietates non adeo
potuit obseruari.

Iudicij signum, tellus sudore madefat.
E caelo rex adueniet per secla futurus.
Saliet in carne praesens, ut iudicat orbem.
Vnde deum arnent incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis, equi iam termino in isto.
Sic animae cum carne aderunt quas iudicat ipse.
Cum isat in altus densis in uepribus orbis.
Reiiciant simulacra uiri, cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis pontumq; polumq;
Inquirens, tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sed enim aucta lux libera carni
Tradetur, fontes aeternaq; flamma cremabit.
Ocultos actus detegens, tunc quisq; loquetur
Secreta, atq; deus reserabit pectora sua.
Tunc erit & lucus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, & chorus in terit astris.
Voluetur caelum, lunaris splendor obibit.

Deiact colles, ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime uel altum.
Iam aequantur campis montes & cerula ponti.
Omnia cessabunt, tellus contracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur fluminaq; igni.
Sed tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum uariosq; labores.
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistentur ad unum.
Reddet e caelo, ignisq; & sulphuris annis.

IMPRESSVM IN INCLYTA
TRANSYLVANIAE
CORONA.

ANNO. M. D. XXXIX.

Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

ATYCHOI NI HOBSEYNI
TAMAYCMAH
(AROB)

.XIXXX .D. H. ARMA

